

res euerſi ſunt, ſimul cum victoriis Regum ac gentium irrumpente urbem avaritia: De Iugurtha loquor Numidarum Rege, qui corrupta muneribus Senatus parte, atque auro vinctis belli Ducibus, ſæpè votorum iniquiſſimorum compos. Cum tandem pecuniæ & artibus ſuis fidens, Romam ſub fide publica veniſſet, atque inde præter ſpem, verecundia vincente cupidinem, iuſſus ſecederet, portas urbis egreſſus crebròque tacitus ſubſiſtens, & in tergum verſus: in finem traditur dixiſſe: ô urbem venalem & mature perituram, ſi emptorem inuenerit: quod verbum quamuis ab hoſte prolatum, dictum mirum eſt, quàm latè vulgatum ſit, ad infamiam Romanorum: Cæterum ex eodem ſapientiæ fonte prodierunt, & ſuperioris votum, & huiusmodi exprobratio.

PHILIPPVS MACEDONVM REX.

**I**Am verò qui cum Iugurtha inter templa Regum venimus, Philippus occurrit Macedonia Rex, cuius ad Alexandrum F. ſubiectorum beneuolentiam muneribus aucupantem, exſtat Epiftola huius ſententiæ: Quis tibi error ſuggerit fili, eos te fideles habiturum, quos pecunia para,

para,